

IX

747

ciam igitur: quod tantopere efflagitas: & id quidem non libenter minus: quam diligenter. Caeterum nostri occupationes meas: quibus si uoluntatem meam comparaueris: haud me cunctationis accusabis. Studebo tamen: annitarque manibus ac pedibus ut aiunt: ut diligentia omnem superet necessitatem. Vale Mediolani ex aedibus nostris idibus Iunij. M. cccc. Li.

Franciscus Philelphus Donato actiolo sal.

a Ccepi esse apud uos quosdam priscos de arte grammatica libros: quorum uelim nomina ad me scribas. Nam quibus hoc tempore in publicis ludis graeci utuntur libris: pleni sunt ineptiarum: ac plane tales: ut ad didiscendum sint: quam ad discendum longe magis accommodati. Tu fac: quod peto: ac Vale ex Mediolano idibus Iunij. M. cccc. Li.

Franciscus Philelphus Catoni Sacco equiti auro ac iureconsulto salutem.

a Iunt te mihi Cato factum auariusculum: quod plurimum miror. Nam cui parcas pecunias tuas: qui libros negigneris: uxorem mathusalem tibi matrimonio iunxisti: Fratrine? At ille est longe te stultior: qui a tuo conspectu non secus fugit: quam si basiliscum intueretur. Num te podagra iccico in auariciam agit: quod metuas fore: ne si leges docere & ius civile cogaris deserere: ad pauperiem pristina nam redigare: quasi tibi non propterea iunxeris locupletem animum uxorem: quod numeros liberis praetuleris. Viue igitur ut consueisti: liberaliter: neque tibi pauperies metui sit: Nullus enim uehementior dolor uacat febre: quae una te breuius sapias: omni exuet cura. Vale ex Mediolano idibus Iunij. M. cccc. Li.

Franciscus Philelphus Andreae alamanno sal.

d Emetrius Sguropulus istac iter factur⁹ in urbem Romanam: petijt a me: ut se tibi per litteras commedarem. Quod mihi tam facile est: quam quod facillimum. Modo intelligas eum esse Demetrium: qui cum grauitate ac uero nihil habuerit commune unquam. Ex librario non inepto: quantum ad formam litterarum attinet: uult uideri philosophus: id quod ex ornatu capitis longioreque pallio tibi facile fuerit

t iij

*Act in hunc
libro
in*